



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Dachatius M. 15. Decemb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

584 *Vitæ Sanctorum.* 15. DEC.
stipante obviam hosti ad D. VIRGINIS
progreditur, & humi nixus dum ver-
sum Davidis canere incipit, caput gla-
dio amittit, carmen tamen etiam mor-
tuus absolvit. Satis spectatum esse so-
ror putavit. Quare cum formæ miles
parceret, execrata crudelem misericor-
diam in oculos carnificis involat mor-
temque invitam in se armatur. Interea
contra barbaros cælum movit, cuius
copiæ visæ, simul iratæ è templo voces
in fugam illos congecerunt. Ad Marty-
rum vero corpora tam diu lucere fa-
cies suas sidera voluerunt, dum terrâ
regerentur, splendore olim his ipsis
certatura. Ex Sur.

S. D A C H A T I V S M., 15. Decemb.

D A C H A T I V S Palæstinus sex fratres
germanos fertur numerasse, ipse
septimus, imò inter omnes primus me-
rito laudatur. Nam cum pater exigui
lucelli spe, quam Rex Saracenus ofen-
tabat, inductus, à Christo ad Mahome-
tis partes malum pedem tulisset, repre-
fit suum D A C H A T I V S, recte sic à pa-
rente degener. Post ubi mortem infe-
licem sed debitam sceleri tanto pater
oppetuit, DEI ductu & matris optimæ,
Ierosolymas abiit, tinctusque Christia-
nis undis in D. Sabæ Cœnobio, ingen-
tibus, quæ posteà edidit, præliis egre-
gius sui victor præluisit. Tum denique

15. D
& c
in p
piat
tres
coë
non
CH
Hic
nec
cur
no
igit
con
cal
S.

H
ves
rer
ris
ter
qu
lib
ge
tre
ad
cu
ge
for
in
po

& cæli ope & suâ virtute satis armatus
in patriam excurrit, &, cùm matri co-
pias jūnxisset, post multas pugnas fra-
tres omnes dare manus victas Christo
coëgit. Vnum tantum excipe, qui fide
non germanâ, sed Punicâ sanè, DA-
CHATII nomen ad Prætorem detulit.
Hic vincitum ad Tribunum misit. Sed
neque fratribus perfidia, neque carnifi-
cum tormenta tantum potuerunt, ut
non vinceret DACHATIVS. Victor
igitur caput gladio submisit tot civicis
coronis condecorandum, quot patriæ
cælesti cives fratres servavit. Ex Menœi.

S. CHRISTIANA ANCIL-
LA IBERA. 15 Decembris.

HVJUS quoq; nomen nescimus. cre-
do, quia virtus supra cælos hoc e-
vexit. Illud satis constat, vixisse, cùm
rerum Constantinus potiretur, & Ibe-
ris servitutem serviisse; cæterum præ-
ter conditionem servile nihil habuisse,
quin ab hâc SERVA Iberos pileum
libertatis Christianæ accepisse. Res sic
gesta memoratur. Filium Ibericæ ma-
tronæ gravi morbo afflictum precibus
ad DEVVM fusis valetudini restituerat,
cum ejus facti rumor ad aures Reginæ
gentis perlatus est, tunc itidem graviter
forte e morbo decubentis. Ergo, cùm
in spem valetudinis & ipsa venisset, de-
portari servorum manibus ad Divam